

1529.



IN NOMINE IESU  
DISPUTATIO THEOLOGICA  
DE FIDELIUM MINISTRORUM  
IMMARCESCIBILI CORONA.

EX I. PET. V. 4.  
TEXTUS GRÆCUS

Καὶ φανερωθέντος τοῦ Ἀρχιεπισκοπικοῦ, κομιθήσε τὸν ἀμαρταντίνου  
της δόξης ἐφέρανον.

*Latinus Vulgatus.*

*Et, cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*

*Germanica B. Lutheri Versio.*

So werdet Ihr (wenn erscheinen wird der  
Ertz-Hirte) die unverwelckliche Krone der  
Ehren empfahen.

*Exegetis.*

**M**ulta dicitur, & magna Fidelium Ministrorum, quoad arduum officium, molestia, quia διακονία vere dicitur, & est, διακονία, labor in omnibus, labor cum omnibus, labor pro omnibus. Ex iudicio B. Magalandri, laboriosus est status Domesticus, longe laboriosior status Politicus, & Publicus; sed omnium laboriosissimus est status Ministrorum Ecclesiasticus: imò periculosus etiam status Domesticus, & privatus: longe periculosior status Politicus, atque Publicus, sed omnium periculosissimus est Ministrorum Ecclesie status, qui propter Dei Ministeriū contra se Diabolum, & omnes potestates infernales, mundum, & omnis generis hostes armat, dum hi mala cuncta contra Dei Ministros meditantur, & operantur.  
2. Multa pariter, & magna fidelium Ministrorum hoc in mundo, quoad triste fatum, ignominia. Nam *Satanas*, mundi Princeps